

Christoph Redecker

**Inclytam Virtute & Pietate Foeminam Catharinam de Dasseln Immatura peremtam
morte Multumq[ue] desideratam Coniugem Ut & Filiolam Unicam Annam
Elisabetham Vir ... Dn. Johannes Klein I.U.D. Solennibus efferris exequiis curabit,
Quas Grato comitentur coetu Cives Academicos officiose invitat : [P.P. Sub
Sigillo Acad: die 12. Iun. 1688.]**

Rostochii: Weplingius, [1688]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777440318>


Druck Freier  Zugang





Redeker, Chr.,
in
C. de Dassel,
uxor. Joh. Klein
et fil. A. E. Klein.

Rost. 1688.

23







144.
Inclytam Virtute & Pietate

Fœminam

CATHARINAM
de DASSELN

Immaturâ peremtam morte

Multumq; desideratam Conjugem

Ut & Filiolam Unicam

ANNAM ELISABETHAM

Vir Consultissimus & Nobilissimus

DN. JOHANNES



Klein J. U. D.

hibus efferri exequiis curabit,

Quas

Grato comitentur cœtu

Cives Academicos officiosè invitât

CHRISTOPHORUS
REDEKER,

J. U. D. & p. t. PRO RECTOR

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univerf. Typogr,



Aneat, CIVES OPTIMI!

sexui imbecillioris laus salva, nec Monachorum in sexum muliebrem (fors simulatum) odium calculum prudentis mereatur album. Verrant viam insani, per quam est mulier ingressa aedes, omnemque pulverem ejiciant, ne inquinentur stolidi. Eructet Satanicô instinctu in sexum omni laude dignum injurias Severus. Reprehendat impudenter Bodinus Justinianum mulieribus faventem Imperatorem, ejusque imperium Gynæocratiaë accuset. Ridet illorum stultitiam, ut generosus equus canum latratus, ut turris fortissima venenosa hostium tela, virtus mulierum. Quem non admittit virtus? nec censum, nec sexum eligit & quo magis ex imbecilliori provenit corpore, eò acceptior gratiorq; habetur, Solent mulieres imbecillitatem animi dotibus ubertim compensare. Hinc Germani, teste Tacito, mulieribus inesse aliquod providum & sanctum putarunt. Censorius ille Cato interle-
ges

ges Censorias hanc vel maximè nobilem sanxit, quâ cavet, ut si quis honestæ sceminæ manus inferret, non secus, ac si Dearum simulacrum temerasset, puniretur. Ple- rasque earum fatidicas, & augescente superstitione, arbi- trabantur Deas. Certè! si virtutem bellicam intueamur deprehendimus & inter mulieres innumerabilia Heroi- narum exempla. Pyrrhus cum bellum gereret adver- sus Spartanos, cives bellicosos, ibi majore mulierum, quam virorum virtute exceptus est: Qvippe oppugnan- ti urbem, ad tutelam patriæ, tanta multitudo sceminarum occurrit, ut non fortius victus, quam verecundius recede- ret. Marius cum fortissimâ cimbrorum gente pugnans vires mulierum, teste Floro, satis expertus est. Regi Galliarum Carolo & regnum & coronam, debellatis ho- stibus, restituit quædam puella, quæ hodie communi- ter vocatur Aurelianensis. Quæ Elisabethæ Britannorum & Margarethæ Danorum facinora fortiter edita sunt, Histo- ricorum testantur monumenta. Si oculos ad Prudentiam vertamus politicam, non desunt exempla encomiô celebranda: Nympha, juxta Poetam Numæ conjunx Consiliumque fuit. Pulcheria Theodosii II. Imperato- ris soror salubria fratri sæpè suggestit consilia; & Prudentia Abigaelis stolido vitam servavit Marito. Aspiciamus virtutem Oeconomicam: Laboriosam deprehendebat Tar- quinius Lucretiam inter ancillas ad colum nocturno tem- pore sedentem; Andromacha familiæ suæ regula vitæ fuit. & quis *Cives æstumatissimi!* nescit? optatam regundæ domus mulierum solertiam ædificare Marito domum, quam pro- digæ & luperba destruit. Prætereamus reliquas, ad quas ex necessitudine conjugali obstrictæ sunt mulieres, virtutes, Non dicam de pudore propria sceminarum virtute, cujus præfidiis puerilis ætatis insignia munita esse solent, cu-

5
jus respectu sincerus juventæ flos permanet egregius. Magnum modo intueamur, circa partus periculū, & liberorum procreationem animum, maximō eas amore & summō honore dignas esse, nemo ibit inficias. *Labor præmium, amor fidem, uteri tumor honorem postulant.* Armat enim se duritiâ pectus, ac, triplici velut ære præmunitur mens, dum imprægnationis intumescit sarcinam uterus, dum exquisitissima pericula & acerbissimos meditatatur anxia mater partus dolores. Ipsæ obstetricum manus obstupescunt, ubi ad tantam acerbicatem coguntur ministerium accommodare. Maritus doloris particeps inter spem merumq; degit. Ipsa Puerpera intrepidō animo exitum belli hujus ancipitis exspectat, quo in cum ipsa morte conflare, sæpiusq; succumbere cogitur. Laudabilem, si modo non superstitiosam, hinc Romanorum erga uterum gerentes fuisse curam & sollicitudinem puto quando parturientibus Junonem Lucinam Deam præficiabant, ut illa dolores acerbissimos leniret, quando imagunculam Deæ Opis, abs ope, quâ maximè puerperæ opus est, dictam, ventri gravido impendebant. Hunc morem secuti incolæ Balleariū insularum gravidas à septimo mense templis includentes: ut Deos in partu magis propitios haberent, ibiq; omni vitæ periculo exemptæ viverent, quod gravidis inter hominum consortia accidere posset. Longè melius & quidem, ut Christianum decebat, sese gessit Vir Amplissimus, & Consultissimus DOMINUS JOHANNES Klein J.U.D. & amicus noster æstumatissimus, cujus dilectissimæ Conjugis, ex voluntate divina, justa hodie exsolvimus. Nam ab eo tempore, quō divina benedictione uterum gerere, & partui edendo obnoxia fieri cœpit, admodum sollicitè a provido Marito habita. Non quidem templis eam includebat Ballearium more; sed flagrantibus precibus sollicitis Angelo-

Angelorum custodiis commendabat; Non Junoni non
 Opi; sed omnipotenti Deo pro partu felici vel prospe-
 ro vota & sacra faciebat. Videbatur Deus pii pectoris
 accepisse suspiria, & preces devotissimas exaudivisse. Suc-
 cedebat lætitia, exsolvebat partus uxor munus, Gratu-
 lantes deproperabant cuncti, eoq; cum majore volupta-
 te prolem excipiebant, quò propius metum res fuerat,
 jam tanto enitendi conatu fractum ac penè dilapsum
 corpus quieti dabat mater facta, omniqve soluta timo-
 re sui fructum ventris mirabatur, Lactescentibus vagi-
 entem uberibus læta admovebat, maternoque leniter cor-
 di apprimebat, ac avida trahebat oscula. Non temere sa-
 pientes gaudii pedissequam tristitiam esse dixerunt; nam
 qui gaudebant modo CATHARINAM NOSTRAM
 extra periculum constitutam, illi, ex tristissimo Mor-
 tuæ dilectissimæ conspectu vultu, nil nisi lachrimarum &
 mœstitudinis amaras aqvas jam hauriunt & effundunt.
 Ast antequam ulterius progrediamur Majores, vitã, mor-
 temque BN, more consueti, hic inseramus. Ipsa vero hæc
 Mortalitatæ castra, unde nunc dimissa, ingressa Lubecæ
 est, anno salutis MDCLXIV d 18. Martii. Patrem habuit
 Virum Generosum atqve Nobilissimum Dn GEORGI-
 UM de DASSELN, Patricium Lubecensem Gravissimum,
 Matrem fœminam virtutis & pietatis Ornamentis conde-
 coratissimam CATHARINAM ELISABETHAM
 GLOXININ. Avus Paternus ipsi fuit Generosus Domi-
 nus ALBERTUS de Dasseln, Senator apud Lubecenses
 quondam meritissimus, Avia Paterna fœmina virtutis
 splendore ditissima, CATHARINA, ex antiquissimã
 PLÖNNIORUM familia orta. Avus Maternus fuit Vir
 Consultissimus Dominus DAVID GLOXIN Sacræ Cæ-


fareæ Majestatis Confiliarius & Consul Reipubl. Lubecen-
sis dignissimus. Avia materna, sc̄emina optatâ integritate,
& honestate ANNA CATHARINA ex florentissimâ
SCHABBELLIORUM familia nata. Proavus paternus
fuit Generosus atqve Consultissimus Dn. GEORGIUS de
DASSELN Patricius & Consul, dū viveret, apud Lüneburg.
Laudatissimus, cujus Conjux fuit CATHARINA Patricii
& Senatoris Lüneburg. OSTERHOFII filia, virtutis splen-
dore clarissima. Proavum habuit Maternum Dominum
DAVID GLOXIN Consulem urbis Burgensis dignissi-
mum, Cujus Uxor fuit Nobilissima MARGARETHA
Giedebrechen deHOVENSTEIN. Nata dePRINCEN-
STEIN, Ex hisce Majorib9, ut reliqvos virtutum laude con-
spicuos, qvos hic recensere magis fastuosum, qvā necessa-
rium est, taceam, prognata *nostra* CATHARINA est. Ab
ipsis statim nativitatis carceribus sub Christi vexillo cœpit
currere, & sacrae militiæ nomen dedit salutaribus sc̄ederis
tincta aqvis. In Parentum deinde sinu accuratè educata,
sub ipsa teneriore ætate luculenta virtutis edidit docu-
menta, Crevère cum ætate modestia, pietas, pudicitia, casti-
tas & reliqvæ virtutes sexum hunc concomitantes, qvas
cum lacte veluti materno suxerat & imbiberat. Induebat
ornatum Tertullianum, oculos verecundiâ pingebat, ma-
nus laboribus assuefaciebat, corpus serico probitatis,
byffo sanctitatis, purpurâ castitatis amiciebat, & non more
Persicarum virginū in congressibus juvenum; Sed exem-
plo Helenæ, Paulinæ & Demetriadis perpetuis laboribus, isti
sexui convenientibus se oblectabat, in iisdem ita excellebat
ut non opus esset eam nubilem loco moniti sponsalitiu, mo-
re Romanorum fuso & colo donare, postesve maritales la-
nâ coronare: probè enim hæc ipsa edocta nullæ suæ æta-
tis

tis virgini cesfit. Unde adultior, plenisq; nubilis annis facta, non philtris, aut amatoris poculis ut Lucilia; sed oculis, non nisi virtutem, captumq; amorem spirantibus procos sibi conciliavit. Inter quos cum & prælaudatus Nobilissimus atq; Consultissimus Dominus JOHANNES KLEINIUS, J. U. Doctor famigeratissimus, Amicus noster Honoratissimus illam ambiret, eum præceteris elegit & se eidem die 28. Jun. 1687. felici conjugali nexu copulavit. Non sterile, licet perbreve illud, fuit conjugium, quo in amor & reverentia mutua (quæ se invicem vincere contendebant) quotidiè incrementa sumebant. Mater fiebat, felicem editam recens filiolarum suis amplexa ulnis, immemor terribiliū puerperii dolorum intuitu formosæ filiolarum facta. Gaudebat Vir Prudentissimus & sibi de feliciter prægnationis onere ex soluta Coniuge & de Patris titulo animitus gratulabatur, ruebant, ut dixi, in mutuos conjuges amplexus, complaudebant amici, accurrebant gratulatum vicini; Ast, blando isto principi felicitas modo aspiravit, quo noceret vehementius, insperatus immutata. Non tantum enim deliquit virium aliarq; uteri gravissima symptomata eam invadere, adeo ut diei 9. hora 9. matut hujus mensis vires exhaustæ beatam animam, inter gemitus & suspiria Mariti, aliorumq; agnatorum placidè e corpore in manus ejus, qui redemit, emiserint. Nec filiam relinquere voluit mater, nec matrem filia, quæ sua morte, omne, quod reliquum erat solamen Patri moestissimo abstulit. Videor mihi audire Maritum quasi exclamantem, ubi nunc domus meæ curatrix? familiæ rectrix? curarum depultrix fortunarum conservatrix? dimidium cordis ubi nam est? mihi sed reclamantem & Beatissimam videor audire nostram: modum luctui tuo justissimo præscri-

scribas *Marite suavissime*, non perii partu; sed cælo parata sum, cæloque peperii, quod exoptabas familiæ partum Faxit Deus, ut omnes hâc præmatura morte contristati ex responso Beatissimæ solamen capiant. Conferetis & Vos *Cives astumatissimi* Viri Consultissimo, Dominis Fratribus, sororibus & agnatis infigne cordoli lenimen, si Beatæ exuviis supremum, quem egregiâ vitæ probitate meruit, honorem cumulate præstiteritis. Hoc vero promptius & uberius vos facturos, ubi, ad ipsius humanitatis commonitionem nostra accedit intercessio, certo nobis pollicemur
Valete.


P. P. Sub Sigillo Acad: die 12. Jun. 1688.







tis virgini cesfit. Unde adultior, plenise
facta, non philtris, aut amatoris poculis
oculis, non nisi virtutem, captumq; amor
procos sibi conciliavit. Inter qvos cum
Nobilissimus atqve Consultissimus Domi
NES KLEINIUS, J. U. Doctor famige
micus noster Honoratissimus illam ambir
cateris elegit & se eidem die 28. Jun. 1687. f
nexu copulavit. Non sterile, licet perbreve ill
gium, quo in amor & reverentia mutua (o
vincere contendebant) quotidiè increme
Mater fiebat, felicem editam recens filiolan
ulnis, immemor terribiliū puerperii dolor
mosæ filiolæ facta. Gaudebat Vir Prudent
de feliciter prægnationis onere ex soluta
Patris titulo animitus gratulabatur, rueb
mutuos conjuges amplexus, complaudeb
currebant gratulatum vicini; Ast, blando isto
citas modo aspiravit, quo noceret vehementi
immutata. Non tantum enim deliquit viri
gravissima symptomata eam invasere, adeo u
9. matut hujus mensis vires exhaustæ beata
gemitus & suspiria Mariti, aliorumq; agna
corpore in manus ejus, qui redemit, emise
am relinquere voluit mater, nec matrem f
morte, omne, quod reliquum erat solamen Pat
abstulit. Videor mihi audire Maritum qua
tem, ubi nunc domus meæ curatrix? familia
rarum depultrix fortunarum conservatrix
cordis ubi nam est? mihi sed reclamantem &
videor audire nostram: modum luctui tuo ju



nis
fed
ous
rus
N-
A-
æ-
gali
ju-
em
nt.
exa
or-
ibi
de
in
c-
li-
us
eri
ra
er
ê
li-
L
no
n-
a-
L
L
m
e-
r-